



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1604

Vita S. Albini, Andegavensis Episcopi Et Confessoris. Ex ea quæ est per Fortunatum Presbyterum. Interfuit hic Concilio Aurelianensi tertio, habito Anno 26. Childeberti Regis Francorum, Anno à Christo ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-42667

reptos esse; ideoque in monasterio, à quò mulie-
rum accessus arcetur, collocari non debeo, nè for-
nicias à consuetæ benignitatis gratia, post mor-
tem meam, excludere videar. Quare funus eius
clarum fuit, atque eminè à monasterio in monte
parulo sepultum; cuius paulò post monumen-
tum celebri admodum noui templi structura ho-
noratum fuit, & miraculorum maximorum vir-
tute clarum euasit. Lupicinus verò intra monaste-
rij basilicam sepultus, reliquit Domino multipli-
cata concreditæ sibi pecuniæ talenta, id est, sanctâ
optimorum fratrum congregationem diuinis
virtutibus florentissimam.

Monumen-
tum Roma-
ni miracu-
lis clarum.

MARTIVS.

VITA S. ALBINI, ANDE-
GAVENSIS EPISCOPI
ET CONFESSORIS.

Vide Czf.
Baron. Ann.
Tom. 7. & no-
tat. in max-
tyr. Rom.

Ex ea qua est per Fortunatum Presbyterum. Inter-
fuit hic Concilio Aurelianensi tertio, habito Anno
26. Childeberti Regis Francorum, Anno à
Christo 540. Vigilij Pap. I. Iusti-
nian. Imp. 14.

BEATISSIMVS Albinus Veneticæ
regionis, claro admodum stemmate
natus generis nobilitatè maximis vir-
tutum ornamenti egregiè ampliavit.
Qui tenera adhuc ætate, mētis altitudine præsen-
tis vitæ ludibria contemnens, in Cincillacensi
monasterio Deo se consecrauit, tantaq; virtutum
omnium excellentia militauit, vt totius cōgrega-
tionis regimini, summa omnium gratulatione præ-
ficeretur. Quo in munere, singulari prudentiæ &
pie-

i. Martij.
Patria Al-
bini.

Petit mona-
sterium.
Fuit Abbas.

Creatur E-
piscopus.

Insignis e-
ius in oēs
misericor-
dia.

Mortuum
excitat.
Cæco visum
reddit.

Item alio.

pietatis significatione quinque & viginti annis
versatus, ad Pontificalem gradum civitatis Alde-
gauenſis evocatur. Hanc verò summam ſacer-
dotij dignitatem tanto virtutum ſplendore admi-
ſtravit, ut cunctis è cælo ad ſalutem eorum pro-
curandam, dilapſus videretur. Paupertatis namque
ab omnibus, quibuſcunque poterat, modis, quam
longiſſimè repellbat; ita ut aliorum necesſi-
tatem ſuam eſſe arbitraretur; lãguores à miſerico-
corporibus fugabat, omnesque ad ſe venientes, ſua
opem in rebus affliſtis implorãtes, paternam quã-
dam benevolentia recipiebat.

Quadam vice ad vicum Geginam præcedens,
voces lugubres cum miſerabili eiulatu audiret,
cumque tantorum ſtetuum cauſam quaeriſſet, in-
rellexit parentes filij ſui mortem deplorare; ad
quos vir Dei accedens, blandis eos conſolatur
verbis; & ſtatim in oratione multis cum lacry-
mis proſtratus, mortuum ad vitam revocavit. Ex
monaſterio dein Aſſaco, quod paterna ſollicitu-
ne viſitauerat, rediens, cæcum quendam magnum
vocibus opem poſtulantem obuiam habuit, cui
ſalutaris impreſſione crucis, lumen proceram re-
ſtituit. Andegavis item Maurilio quidam, oculor-
um orbatuſ lumine, inſtanter ab Albino ſignum
ſanctæ crucis palpebris ſuis imprimi petiit, qui
Dei miſericordiam cum gemitu implorans, pro-
tenſa dextera cæcum illuſtravit.

Ætherea illuſtris quãdam ſcœmina, cum regi-
perſecutione in Dullaceniſ villa in vinculis retin-
retur; ſtatuit vir ſanctus habitu corporis mutata
periclitanti opem adferre. Ingreſſus igitur ad
eam, multis benevolentia & humilitatis ſignis
excipitur à ſcœmina rogante atque obſecrante, ut
à graui captiuitatis miſeria eriperet eam vellet.

Dei precibus mulieris motus, apprehensa
 cetera sequi se confidenter eam iubet. At è cu-
 bidibus quidam per summum contemptum in
 sacerdotis faciem insufflans, à pio conatu eum
 impedire voluit; qui mox tanti sceleris poenas
 evolvens, morte subitanea mulctatus, cæteris in-
 genem, eamque salutarem formidinem, incussit
 atque ita piam foeminam è vinculis solutam, in
 libertatem restituit.

Accessit quandoque pius Pater in vicum, cui
 Albinia nomen, piæ devotionis studio. Ibi cæcus
 quidam, dum misericordiæ opem, ab eo magno
 dolore flagitat, cœpit miserabili dæmonis in-
 stigatione torqueri, quem vir Dei, suis de more
 precibus, & à miserandis corporis tenebris, & ab
 mundi spiritûs infestatione liberavit.

Plurima similium virtutum opera vir sanctus
 edidit, quorum singula referre longum foret, nec
 necessarium ducimus. Vnum hoc ad instructio-
 nem omnium qui Christi in terris munere fun-
 guntur, silentio præterire non possumus: tanta ni-
 mirum eum animi magnitudine in sceleribus
 hominum corripendis præditum fuisse, ut nullis
 principum vel regum minis, nè quidem morte
 atrocissima proposita à constantia deijci potue-
 rit. Vnde cum personas quasdam anathematis
 fulmine ab Ecclesiæ communionem repulisset, &
 episcopi alij, ut eas ab omni vinculo excommu-
 nicationis solutas, in sinum Ecclesiæ reciperet, in-
 starent, vrgerentque, & vim mala etiam coactum ad
 hoc impellerent, illo stricto Dei iudicio sibi pro-
 posito, in huc modum respondit: Etsi vestre sub-
 scribere sententiæ vi mala compellor, dum vos
 causam Dei recusatis defendere, ipse potens est
 iudicare; & gravi mox animi agitudine op-
 pressus,

Foeminam à
 captivitate
 liberat.
 Cæcus dz-
 moniacus
 curatur.

Magnani-
 mitas eius,
 incastigabile
 hominum
 sceleribus,



Moritur pro iustitiæ defensione.

pressus, antè è vita migravit, quam iniquo postulato subscriberet. Quis neget hoc martyris genus & quidem acerbissimum esse, nam cum pro iustitiæ defensione sanguinem fundere non potuit, quòd sanè illi gratissimum fuisset, extrema iustitiæ confectus, expiravit. Et hic quidem fuit, post multos in terris exantlatos labores beatissimi Præsulis finis; cuius sacrum corpus Germano Parisiorum Episcopo, huius Pontificatus successore, cum debito honore (prout præclarus sanctitas merebatur) cum in aliud egregio opere templum transferretur, tres paralytici program membrorum sanitatem consequuti sunt, & duo præterea cæci meritis eiusdem Sancti, gratissimum Solis lumen aspexère. Administravit autem Pontificiam dignitatem cum summa integritate & eximia sanctimoniz laude, annis viginti quinque & mensibus sex, pro qua à Domino sempiternam iustitiæ coronam, anno ætatis suæ octogesimo in cælis recepit,

* alias Sui- berti. Vide Cæf. Baron. Tom. 8. & 9. Annal. Ecclesiast.

VITA S. SVITBERTI, VVERDEN S I S

Ecclesia primi Episcopi, & Confessoris, Saxoniae Frisonumq; Apostoli: ex ea qua est prolixè addidum conscripta, à Marcellino presbytero, & S. Ludgero primo Monasteriensi Episcopo.

Obijt hic Sanctus Anno Domini 717.

r-Martij. Hic Pötifex in exilio mortuus est.

ANno Domini sexcentesimo quadragesimo septimo, tempore sanctissimi Papæ Martini & martyris eximij, Constantino Romanorum, Osvino, sancti Osvaldi regis manorys fratre, Angliæ scepra moderante, fuit in Anglia in regno Nord Humborum princeps quidam, Comes, de Nortingram, Sigibertus nominatus, qui cum coniuge sua Berta insigni admodum nobilitate

Genus S. Sui- berti clarissimum.